



## In Nativitate Domini.

Duplex i. classis.  
AD VESPERAS.

Antiphonæ.



Ex pacificus † magnificatus est, cuius vultum desiderat universa terra.

Ps. de Dominica. 120.

2. Magnificatus est † Rex pacificus super omnes reges universæ terræ.

3. Scitote, † quia prope est regnum Dei: amen dico vobis, quia non tardabit.

4. Levate † capita vestra: ecce appropinquat redemptio vestra.

Capitulum.

Tit. 3.



Præparuit benignitas, et humanitas Salvatoris nostri Dei: † non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, \* sed secun-

dum misericordiam suam salvos nos fecit.

R. br. Hódie sciétis, \* Quia véniet Dñus. — Hódie. v. Et mane vidébitis glóriam ejus. Quia véniet. Glória. — Hódie.

Hymnus.

α Hriste Redemptor omnium,

Ex Patre, Patris Unice,  
Solutus ante principium  
Natus ineffabiliter.

Quo lumen, tu splendor Patris,  
Tu spes perennis omnium:  
Intende, quas fundunt preces  
Tui per orbem famuli.

Memento salutis Auctor,  
Quod nostri quondam corporis,  
Ex illibata Virgine  
Nascendo, formam sumpseris.  
Sic presentis testatur dies,  
Currrens per anni circulum,  
Quod solus a sede Patris  
Mundi salus adveneris.